

Prüfungsteilnehmer
Kennzahl: _____
Kennwort: _____
Arbeitsplatz-Nr.: _____

Prüfungstermin
HERBST 1988

Einzelprüfungsnummer
62410

Erste Staatsprüfung für ein Lehramt an öffentlichen Schulen

- Prüfungsaufgaben -

Fach: Latein (vertieft studiert)

Einzelprüfung: Übersetzung Latein/Deutsch

Anzahl der gestellten Themen (Aufgaben): 1

Anzahl der Druckseiten dieser Vorlage: 2

Vorbemerkung:

Der folgende Text soll in angemessenes Deutsch übersetzt und durch die Beantwortung der unter II. gestellten Aufgabe sprachlich erläutert werden.

I. Übersetzung:

Saepe numero civitatis nostrae principes audio culpantis modo agrorum infecunditatem modo caeli per multa iam tempora noxiam frugibus intemperiem, quosdam etiam praedictas querimonias velut ratione certa mitigantis, quod existiment ubertate nimia prioris aevi defatigatum et effatum solum nequire pristina benignitate praebere mortalibus alimenta. quas ego causas procul a veritate abesse certum habeo, quod neque fas est existimare rerum naturam, quam primus ille mundi genitor perpetua fecunditate donavit, quasi quodam morbo sterilitate adfectam, neque prudentis est credere Tellurem, quae divinam et aeternam iuventam sortita communis omnium parens dicta sit, quia et cuncta peperit semper et deinceps paritura sit, velut hominem consenuisse. nec post haec reor violentia caeli nobis ista,

Fortsetzung nächste Seite!

15 sed nostro potius accidere vitio, qui rem rusticam pessimo
cuique servorum velut carnifici noxae dedimus, quam maiorum
nostrorum optimus quisque et optime tractaverat.
Atque ego satis mirari non possum, quid ita dicendi cupidi
seligant oratorem, cuius imitentur eloquentiam, mensurarum
20 et numerorum modum rimantis placitae disciplinae consecuten-
tur magistrum, vocis et cantus modulatorem nec minus cor-
poris gesticulatorem scrupulosissime requirant saltationis
ac musicae rationis studiosi, iam qui aedificare velint, fabros
et architectos advocent, qui navigia mari concredere, guber-
25 nandi peritos, qui bella moliri, armorum et militiae gnaros,
et ne singula persequar, ei studio, quod quis agere velit,
consultissimum rectorem adhibeat, denique animi sibi quisque
formatorem praeceptoremque virtutis e coetu sapientium arces-
sat; sola res rustica, quae sine dubitatione proxima et quasi
30 consanguinea sapientiae est, tam discentibus egeat quam ma-
gistris. adhuc enim scholas rhetorum, vel, quod magis miran-
dum est, contemptissimorum vitiorum officinas non solum esse
audivi, sed ipse vidi: agricolationis neque doctores qui se
profiterentur neque discipulos cognovi. at sine agri cultori-
35 bus nec consistere mortalis nec ali posse manifestum est.

II. Sprachliche Erläuterungen:

Benennen Sie einige poetische Elemente in der Sprache
dieses Textes!